

Band VIII., Nr. 3037, Seite 266-268

*Abt Kraft und Konvent von Hirsau verkaufen dem Kloster Bebenhausen
Güter und Zehnten in Feuerbach, Botnang, Zuffenhausen und einigen
anderen Orten.*

Hirsau, 1281. April 9.

Universis presentes litteras inspecturis Cra¹tho¹ permissione divina abbas totusque conventus monasterii Hirso¹gensis ordinis sancti Benedicti Spirensis dyocesis salutem et notitiam subscriptorum. Cum nos nostrumque monasterium prelibatum fuerimus gravibus debitorum honoribus honorati et cottidie apud Judeos tam in civitate W¹l quam in civitate Kawel usure debitis accrescerent intollerabiles, nos urgente necessitate huiusmodi et inspecta utilitate nostri monasterii venerabilibus in Christo viris . . . abbati et conventui monasterii de Bebenhusen ordinis Cisterciensis Constantiensis dyocesis eorumque monasterio vendidimus et venditionis titulo tradidimus de communi consensu et unanimi voluntate curiam nostram sitam apud F¹rbach dictam S¹lhofen, quam inhabitat dictus Velcheli, cui etiam ius patronatus ecclesie in F¹rbach annexum est cum universis pertinentiis, item in dicta villa curiam, que vulgariter appellatur der heiligen hof, similiter cum suis attinentiis universis nec non duos mansos ibidem et generaliter omnia bona nostra in dicta parrochia seu in oppidis dictis Botenang et in parrochia Zufenhusen in domibus sive curtibus pratis agris cultis vel incultis vineis ortis nemoribus prediis pascuis censibus decimis redditibus et iuribus quibuscunque constiterint cum omni iure utili[ta]te ac usufructu, quibus ad nos nostrumque monasterium pertinebant, ab eisdem . . . abbate et conventu de Bebenhusen perpetuo possidenda. Et in eos presentibus transferimus omnem actionem, que nobis competebat vel competere videbatur contra quoscunque super predictis bonis vel eorum pertinentiis et rebus aut proventibus de eisdem ablatis, nec non nostras decimas universas apud Westhain et eiusdem ville territorio ac apud Visenhusen, Zazenhusen, Stamhain et Plugesvelt cum attinentiis earundem constituta eisque adherentia, recepta ab eis certa peccunie quantitate, scilicet ducentis vinginti libris Hallensis monete et carrata vini mesure Spirensis, quam venditionem seu traditionem ratam habemus et habebimus et notam esse volumus tam presentibus quam futuris, nec contra eam aliquatinus veniemus utpote rite et rationabiliter pro utilitate nostri monasterii celebratam. Promittimus insuper per presentes, quod ipsis secundum ius et communem terre consuetudinem

¹Verschrieben: *Cra¹tho*.

II

plenam prestabimus warandiam. Preterea renuntiamus exceptioni non numerate peccunie publice confitentes nos recepisse supradicte peccunie quantitatem. Item confitemur, nos ius patronatus ecclesie prenotate in Fûrbach nullatenus excepisse. In testimonium itaque premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes vocati et rogati sunt hii: Lûdewicus decanus in Ezzelingen, Fridericus canonicus in Hyltrathusen, Fridericus rector ecclesie in Kawel, Waltherus rector in Fûrbach, magister H. canonicus Laurocensis nobilis viri Cûnradi ducis de Tecke notarius, Heinricus rector puerorum in Ezzelingen, Gerlacus scultetus in Wil, Cûnradus frater suus, Albertus de Kawel, Heinricus dictus Mag et Helwicus cives ibidem et alii quam plures fide digni.

 Datum et actum apud Hirsoŵ, anno domini MCCLXXX primo, proxima feria quarta post Ambrosii, indictione IX.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Zwei Siegel: 1) des Abts von Hirsau s. WUB, Bd. VII, S. 107; 2) des Konvents s. WUB, Bd. V, S. 346.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 738

Überlieferung und Textkritik:

Original. Alte Abschrift auf Pergament: HStA Stuttgart A 474 U 739.

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...]. 3, S. 416.

Regesten:

nach Chron. Bebenhus.: Württembergische Jahrbücher 1855, S. 179.
Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 12 (Lorcher Urkundenbuch),
S. 7, Nr. 16.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Hirsau

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, TŮ

Botnang Wohnplatz (11)
 Botnang, Stuttgart, S
 Calw Wohn-
platz (6981)
 Calw, CW
 Esslingen am Neckar Wohnplatz
(331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Feuerbach Wohnplatz (17)

Feuerbach, Stuttgart, S
 Hildrizhausen Wohnplatz (130)
 Hildriz-
hausen, BB
 Hirsau Wohnplatz (6984)
 Hirsau, Calw, CW

Kloster Lorch Wohnplatz (4658)
 Kloster Lorch, Lorch, AA

Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kornwestheim
Wohnplatz (1007)
 Kornwestheim, LB
 Pflugfelden Wohn-
platz (1030)
 Pflugfelden, Ludwigsburg, LB
 Speyer, SP

Stammheim Wohnplatz (52)
 Stammheim, Stuttgart, S
 Teck
Wohnplatz (437)
 Teck, Owen, ES
 Viesenhäuser Hof Wohn-
platz (69)
 Viesenhäuser Hof, Stuttgart, S
 Weil der Stadt

IV

Wohnplatz (248)
 Weil der Stadt, BB
 Zazenhausen Wohnplatz (67)
 Zazenhausen, Stuttgart, S
 Zuffenhausen Wohnplatz (68)
 Zuffenhausen, Stuttgart, S